



Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

66 Missam super altari non consecrato celebrans arbitrio Ordinarij est
puniendus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

sunt, cap. nocte. junct. gloss. 2. de consecr. distinct.

⁶⁴ Et prima, quæ t̄ media nocte celebra-
tur, quo tempore Christus natus est signi-
ficat tempus ante legem, quando eramus
in tenebris: secunda in aurora, tempus in
lege, quando nondum plena cognitio
habita fuit. Nocte prior, sub luce sequens,
in luce supra, sub Noe, sub David,
sub cruce, d. gloss. 2. & communiter
loquendo Missa dici debet in die, & non
in nocte; quia hoc sacramentum ad tem-
pus gratiæ pertinet, quod per diem signi-
ficatur, nox præcessit dies autem ap-
propinquavit. *Paul. ad Rom. c. 13. cir. si.*
Secundo, fallit dicta regula deficiente
alio sacerdote, qui Missam possit celebra-
re in adventu alicujus magni Principis,
aut Episcopi, quos decet singulis diebus ⁶⁵
Missam audire, vel Episcopum dicere,
cap. su. de privil. lib. 6. & eadem ratione,
supervenientibus peregrinis, etiam quod
non essent personæ notabiles, si sub præ-
cepto illo die ad audiendam Missam te-
neantur. Tertio, cum statim dicta Missa
corpus defuncti occurrit sepeliendum &
viger consuetudo, ne sine Missa sepeliatur.
Quarto, quando aliquis ita ægrotat, ut
necessario sit communicandus & deficiat
Eucharistia. Quinto, cum quis præest du-
busecclesiis unitis, duabus Missis indi-
gentibus, & non est, qui alteram dicat.
Sexto, ob nuptiarum benedictionem,
Septimo, cum occurrit causa, quæ arbitrio
boni viri justa judicatur; quia est licitum
celebrare bis, urgente' necessitate, ex tradit.
per Navarr. ubi *supra*. Sed cautius putarem
abstinendum, duobus casibus exceptis, in
adventu principis, seu Episcopi, & quando
necessario quis esset communicandus, &

utroque casu, si ante purificationem fuit
set requisitus, & calicis digitorumque
purificationem sumere distulisset, quæ im-
pedit secundæ Missæ celebrationem, *cap.*
ex parte, de celebrat. Miss. & gloss. fin. in cap.
sufficit, de consecrat. distinct. 1. In reliquis
autem casibus, dictis duobus exceptis, pu-
to à regula non esse recedendum, sed
unicam tantum missam in die celebrari
licere, per dictum *cap. sufficit, cum alijs*
supra, n. 62. allegatis.

⁶⁶ Quinto, t̄ missa debet celebrari super
altari consecrato, & licet de jure com-
muni non caveatur, qua poena contra-
faciens sit puniendus, cum sit omnibus
notorium, Eucharistiæ sacramentum su-
per altari non consecrato, confici non de-
bere, altariaque, ubique lapidibus sacratis
munita esse; poena hujusmodi t̄ pro qua-
litate personæ, & loci, arbitrio Ordinarij
videtur infligenda; quia non poterit con-
trafaciens evitare, quin deprehensus sit in
negligentia crassa, & punibili, ultra
quod fere ubique à conciliis provinciali-
bus, & synodalibus, fuit in similibus ap-
polita poena, & facit tex. in c. nullus presby-
ter. il. 2. de consecr. distinct. 1. & concil.
Tridentin. decret. de obser. & evit. in 6.
celebr. Miss. eff. 22. & concurrentibus aliis,
quod versaretur in maxima negligentia,
t̄ cum alias celebrans, etiam sine aqua, &
igne, aut in pane fermentato, & calice in-
decenti, esset ab officio, & beneficio de-
ponendus, *cap. fin. de celebrat. Miss. & ibi*
Abb. numer. 1. Quia hæc esset supina igno-
rantia, quæ dolo æquiparatur ad deposi-
tionis poenam incurrendarum ut ibi *Abb.*
numer. 2. Et pro dilecto enormi potest fieri
depositio, *cap. tua. & ibi gloss. & Abb. n. 1.*
de poen.